

## DE CONSTITV. ECCLESIASTICIS. Fo. XXXIII.

DE CONSTITUTIONIBVS AC CON-  
Suetudinibus ecclesiasticis. Cap. I.



## E CONSTITUTIONIBVS HVMA-

nis ac ecclesiasticis consuetudinibus magna in præsentia  
rum in ecclesia dei concertatio est, quam ecclesiæ turba-  
tores, vt ecclesiæ authoritatem euerterent, ad nihilumq[ue] redigerent, inuixerunt. At populus hic docendus est,  
sanctorum patrum regulam sequi, qui diligenter admoni-  
nent, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non  
officiunt, ita obseruandas, vt a maioribus traditæ sunt. Sunt autem illa quæ  
non scripta, sed tradita custodimus, non vnius generis, quemadmodum di-  
uius Augustinus tradit. Alia enim toto terrarum orbe obseruantur a patri-  
bus, nobis quasi per manus tradita. Quæ quidem putanda sunt, vel ab ipsis  
Apostolis, vel ex plenarijs Concilijs (quorum est in ecclesijs saluberrima au-  
thoritas) commendata, atque statuta retineri, veluti quod passio & resur-  
rectio & ascensio in cœlum, aduentus spiritus sancti, & quadragesima annua  
solemnitate celebrantur. Quod die Veneris a carnis abstinentia, atque alia  
multa, quæ ab viviueris merito obseruantur. Alia vero quæ per loca terra-  
rum, regionesq[ue] variantur, sicut est, quod alijs ieunant diem Mercurij, alijs  
non, alijs quotidie communicant corpori & sanguini domini, alijs certis die-  
bus accipiunt. Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc  
genus rerum liberas habet obseruationes. Quod enim neque contra fidem  
catholicam, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est ha-  
bendum, & pro eorum inter quos viuitur, societate seruandum. Sic diuus  
Ambrosius Augustinum docuit de hoc altero genere interrogantem: Tu  
(inquit) ad quamcumque forte ecclesiā (nimurum in vnitate catho-  
licæ ecclesiæ permanentem) veneris, eius morem serua, si.

Aug. ad Ia-  
nuariū. c. illa  
autē, 12. dist.

cuiquam non vis esse scandalum, nec quenq[ue] tibi,

sed de his, ac quatenus ecclesiasticae istæ

constitutiones obligent, alibi

latius dicemus.

Ieiunia ab ecclesia indicta, reuerenter obseruanda. Cap. II.

Et ieiunia ergo ab ecclesia indicta, reuerenter obseruari volumus, admonen-  
tibusq[ue] populus cur sint instituta. Nempe vt corpus per intemperantiam  
cibi ac potus luxurians castigetur, in seruitutemq[ue] redigatur, quo animus ve-  
getior ac liberior laudibus diuinis insistat, diuinæq[ue] voluntati se se attemp-  
ret. Magnum certe & generale ieiunium est, abstinere ab omnibus iniquita-  
tibus & ab illicitis voluptatibus seculi. Ad hoc perfectionis qui nondū per-  
uenit, is ecclesiæ dictum huic vocans, haud contemnat.

G iiii Irriso